

colunt? de eius etia
cedo p picius: ut a
annua solentate la
martyr: tu a
Eus qui nos
ficus. Sicut v palm
Stephani pape et
quos prophedo lo
participatione reco
quoru memoriam
quimus omnipote
pianus. p. **Alia cor**
gerim? certa redem
nosce: ut quod pia
mine guesimur do
preciosi sanguinis
Complend. O orp
Retatio de apst
fidum crecat 2 ga
tractamus: quibus
martyru honore de
Q omnia domine m
nos semp 2 mima
O blati tibi sacrifi

de apostolis. Colleta.
Inunctio. **per totum** k yrieleto.
Ad vincula sancti petri offic.
Ista desideria compleantur. p.
hery 2 vicia nostra purgent: 2
hant domine operatione my
Desunt in meralia. **Lob. Per**
Lom. rior die dona cocillet. p.
tatis ad soluat: 2 tue nobis mite
rimus: 2 vincula nostre prau
rim naturalia recedentes offe
domine quam sanctorum tuo
deur. **Sect. N** ostra hec quam
persequitur. **De** Abrahahis
Descendens ielus. **Mal. Lum**
Zilleua. x. Sicut aut. **Evangel.**
fol. dm. 2 ad. Sicut ius deus.
Epla. 2 gratias agere debem?
habebis habere. **Per** domini
ad omnibus merentur aduer
tuoru intercedentib? meritis:
veniam peccator: 2 ut sanctoru
collit: da famillis tuis tuoru
venendi copiosam mun? **Gre**
C...



Capitulum
D. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Capitulum
D. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

D. 9.

D. 9.

Deus qui scitis tuos abdon **Evangelium**



VITÆ
CHRISTIANÆ
SEMITA,

qua per angustam hujus
vitæ lachrymosæ vallem, ad augustam re-
gni cælestis regiam itur & per-
venitur,

Monstrata & parata

ab

HENRICO HEKENBERG
WALSRODENSI.




Anno

1606.

Excusa Jena

TYPIS LIPPOLDIANIS.



Generosis, Nobilissimis &
Præstantissimis

SIEGFRIEDO ab HOYM

Episcopatus Halbestadensis Archicamerario:

GEBHARDO,

ALBERTO,

AUGUSTO,

JOHANNI GEORGIO,

CHRISTIANO JULIO,

Germanis fratribus ab Hoym Steckelbergii,
Dresicæ, Wegelebii, Ermslebii, Conradtsburgi, Hoym, Lei-
nungen, &c. hæreditariis, fautoribus & benefactoribus suis
perpetuâ observantiâ colendis.



*U*MPSI HOC MIHI, GENEROSI,
Nobilissimi ac Præstantissimi ab HOYM, ut
hoc quidquid est literaria lucubrationis in
conspectum vestrum producerem, inductus
humanitate & obviâ in me voluntate ve-
strâ.

*S*emitam videtis, sed lata via. Ego saltem vestigia
pressè secutus, per amplissimum campum discurrere, aut disqui-
rere nolui.

Ut



Ut pictor in parva tabella situm exprimit multarum regionum: sic ego parvo scripto supellectilem multarum doctrinarum: illarum imprimis, quae vitam Christianam formant atque firmant. Nam haec, quae mortalis dicitur, non diuturna sed diurna, & irruentium malorum quasi pelago immersa, quam absorbet tandem Scyllaea mortis rabies. Emergere optas? apprehensâ verbi divini tabulâ in vitam Christianam trajiciendum, ex illa in aeternam. Philosophi quantumvis rigidi ductores: hic tamen frigidi. Vix in aditu hesitarunt, ad adyta verae doctrinae & consolationis nunquam pervenerunt; utpote non lampadem verbi divini, sed rationem ducem secuti, quae in hoc profundo mari ut Elephas natat, agnus peditat. Has verò tabulas, vel vitae Christianae regulas, quas mihi met ipsi praescripseram, nunc sub nobilissimi nominis vestri patrocinio, extra limen in lumen publicum emittere volui, ut publicum testimonium gratitudinis & perpetuae erga vos observantiae meae extaret, quos genere nobiles, sincerâ ac seriâ pietate graves, virtute claros, meritis caros, hoc est, verè nobiles & amandos & observandos semper duxi. Deus vobis mentem hanc sanam in corpore sano diu servet, & vos nobis. Valete sub umbra Altissimi diu & feliciter. Ermslebij Anno & die VndeCIMA hora.

Nobilis: Strenuit. V.

Observantis.

HENRICUS HEKENBERG.

A 2 ELE-





ELEGIA.

Callicraten quondam muscæ (res mira) sub alis
Aurigam & currus oculuisse ferunt.
Laudarunt alios alii, qui carmen, Homere,
Sub nuce comprehensum corripuere tuum.
Ast ego laudo tuum conatum, HENRICE, salutis
Longum iter optatâ qui brevitâ docet.
Multa docere brevi sermone haud infima laus est,
At culpa est magno pauca docere libro.
Perge, velut pergis, decurrere tramite recto,
Ut fias cantu clarus & ingenio.

M. ERASMUS REINHOLDUS
Ecclesiæ Ermslebiensis
Pastor.



Vitæ

Vitæ Christianæ Semita, qua
ad Deum & Vitæ æternæ gaudia itur &
pervenitur.

I.

Primus ad pietatem gradus est, agnoscere se
& suam miseriam. Igitur agnosce te gene-
raliter Hominem in peccatis conceptum &
natum, atq; ob id sub horrenda Diaboli po-
testate morti & æternæ damnationi addictum. Opes
mundi te eripere non valent. Qui umbræ inhiat falli-
tur, magis, qui illis. Vanitas vanitatum & omnia va-
nitas. Specialiter excute te & vitam tuam, hoc est, in
speculo Decalogi te ipsum cõtemplare, & apparebit de-
formitas tua & summa coram Deo indignitas.

Nam Decalogus ideam & exemplar nobis adumbrat
homo quis fuerit ante lapsum: sanctus, purus & ad ima-
ginem Dei effictus, quis nunc sit: peccato & morte mi-
serrimè vinctus, quis futurus: nempe in perfectionem
atq; amissam vitæ æternæ possessionem cum ingenti
gloria restituendus.

2.

Agnosce *CHRISTUM SALVATOREM*, qui ex im-
mensa misericordia pro te homo factus, ut à morte æ-
terna te vindicaret.

Non cælum aut terram: sed semetipsum pro te
tradidit

A 3 in car-

in carnem nostram,
in paupertatem & miseriam,
in tentationes Satana,
in odium mundi,
in contumeliam,
in tormenta & flagra,
in ignominiosam mortem,
in angustias inferni,
in sepulchrum.

Tantæ molis erat lapsam reparare salutem. Irenæi notabilis vox: Deus in Christo totum sese effudit, ac nihil retinuit, quod nobiscum non communicaverit.

Motus tanto Dei beneficio quotidie in genua, imò in faciem, procumbe cum hoc suspirio: *In manus tuas commendo Spiritum meum & omnia mea, redemisti me Deus veritatis.* Tibi laus, tibi gloria seculis infinitis.

3.

Ad hunc Salvatorem unicum tibi & unicuique patet accessus verâ ad Deum conversione. *Conversio* illa sit vera & seria ex concepto dolore conscientia, ob admissa peccata, quibus Deum tuum benignissimū offendisti. *Dolor* ille non carnalis, vel ex carne in carne proveniens: sed in Spiritu tuo, per Spiritum sanctum excitatus, cor pungit, & expungit prurientes carnis affectus, ut renovetur & habile evadat ad recipiendam divinam gratiam.

Hunc dolorem vel penitentiam Paulus vocat *Ein Reu in Gott/welche Niemandt gerewet* / utpote quæ Cor ipsum recludit, & excludit omnem hypocrisin, ac simul complectitur *Veram fidem.*

Fides

Fides certâ fiduciâ in angustiis contriti cordis augustissimo Christi merito constanter & perseveranter innitens.

4.

Fides illa in multis firma & valida, in quibusdam vacillans & lactea. Stans videat, ne cadat. Siquidem in vasis fragilibus circumferimus nostrum thesaurum multis tentationibus expositi. Infirmus non desperet, sed in spem se erigat suam imbecillitatem virtute divinâ sublevare, quæ per nostram imbecillitatem efficax est, & suo nos de alto robore induit. Diabolus enim milleartifex in oppugnanda fide imbecilli. Nam afflicto & tentato novit pessimus impostor addere & cumulare afflictiones & tentationes, ut fides cum invocatione videatur planè evanuisse. Verùm in hac palæstra resistendum fortiter. *Deus non spectat quantum fidei: sed fidem.* Licet illa pusilla & grano triticeo minor; tamen æquè apprehendit Christum Salvatorem. Ut pusio non tam apprehendens, quàm apprehensus manu parentis ducitur: sic nos pusillanimes dextrâ omnipotentis.

Relatio illa à parte nostrâ infirma: sed à parte Dei validissima.

Unser halten ist schwach: aber daß wir von Christo unserm Erlöser gehalten vnd erhalten werden / das ist vnser sterck / vnser Sieg vnd vberwindung wieder Sünd / Teuffel vnd Todt.

5.

UT hæc fides indies augeat & firmetur, verbum Dei in publicis congregationibus audi diligenter, & custodi fideliter. Ex illo rectus de Deo sensus, rectus in Deum cultus patescit, imò hoc velut vehiculo sanctissima Trinitas: Pater, Filius & Spiritus sanctus ad
te ven-

te venturi & in corde tuo habitaturi sunt, quo nihil sublimius dici aut cogitari potest. Nullibi enim invenendus aut apprehendendus λόγος[Ⓞ] æternus mundi Salvator, nisi in verbo vitæ revelato.

Vt agri nulla fertilitas perpetuo in luco, rara in luce jacentis: sic hominis nulla salus à sole justitiæ Christo per verbum non illuminati.

Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum,

*qui cæcis lux,
errantibus via,
fessis requies,
pressis auxilium,
mæstis gaudium,
afflictis solatium,
agrotantibus medicina,
deficientibus virtus,
morientibus vita,
mortuis salus æterna.*

Tantus in verbo Domini thesaurus, qui omnes mundi divitias, imò cælum & terram immenso libro superat & transcuntibus istis æternùm manet.

6.

Omnes corruptelas, Philosophicas argutias & sapientiam carnalem ceu præsentem mortem fuge. *Simplex & rectum custodiant te.* Ab illa reëta & nivea simplicitate, quæ est in Iesu Christo & verbo veritatis, te diverſi nunquam patiare.

Animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei fallit & fallitur. Ad legem & testimonium, tanquam

ad

ad sacram Cynosuram omnia dirigenda. Noli intelligere, ut credas: sed crede, ut intelligas (inquit Augustinus) Nam ex Philosophia vel ratione res divinas vel le intelligere, est candens ferrum non forcipe, sed digitis contrectare. D. Paulus carnalem sapientiam tollit, & Christum nosse ac diligere supra omne, quod dici potest, extollit. *Ignatius* ad Philadelphos: Christus Iesus liber meus, qui illum non audit, homo perditissimus est. Christi crux, mors, & resurrectio, & fides illud meritum apprehendens, liber & thesaurus meus, in quo iustitiam & vitam æternam possideo.

*Fidere salvabit, nil alta videre juvabit,
Fidere non didicit, quisq; videre cupit.*

7.

GRatias age Deo ex intimo animo, quòd isto tempore, isto in locò natus & educatus es, ubi Deus sedem Ecclesiæ posuit apud Barbaros, Idololatrios & immanes quondam Germanos, quibus nunc illuxit salutifera Dei gratia. Hujus per Christum tu quoq; particeps factus, & in societatem regni cælestis, ac sanctorum communionem, ex mera Dei misericordia, citra omne meritum tuum vocatus & assumptus es, multis millibus apud truculentos Turcas, cæcos Ethnicos & induratos Iudæos, pro suo iudicio iusto & impervestigabili, *propter contemptum verbi*, relictis, quibus melius esset, non fuisse natos, quàm æternum damnatos. Hoc tantum beneficium quotidie expende, & preces ad Deum funde ardentes, ut Spiritu suo te regat, & gressus tuos dirigat, ne orbe pietatis unquam exorbites. *Chrysostomus*: Orando acquiritur cum Deo conversatio: à Deo verò separatur, quicumq; sese Deo per orationem non conjunxerit.

B

8. Qua-

8.

Quamobrem carnis corruptæ concupiscentiis, quibus tentator se mirificè ingerit, resiste, & peccandi consuetudinem, ut pestem, vita. Tenacissimè enim hæret, & periculosam securitatem parit, quæ aliquandiu carni dulcis apparet: sed irruente afflictione horrendâ sequitur confusio. Peccatum in ipsa herba suffoca, ne exerceat, & dominium obtineat in corpore mortali. Fructus indicium dant arboris bonæ; opera hominis Christiani: Verumtamè in hac imbecillitate humana quotusquisq; est, qui non multifariam peccet: etiam justus septies uno die cadere potest.

Igitur recoilige te per totam vitam in Iesu Salvatore tuo, & sarcinas peccatorum, cum syngraphâ sauciatae conscientia, cruci affige. *Cruce fixa, mors victa, Diabolus vincus, homo solutus, Deus glorificatus,* ait Augustinus.

Hujus gratiæ subinde particeps esse poteris in usu coenæ Dominicæ. Patent tibi vulnera Christi, quidquid sordium post Baptismum, Christianismi januam, contraxisti, hic abstergere rursus potes, præeunte verâ poenitentiâ, per sumptionem corporis & sanguinis Christi. Carnem & sanguinem terrestriis Adami, velut sarcinam mortalem & corruptam circumfers, datur sanctissimum corpus & preciosissimus sanguis cælestis Adami, modo mystico & ineffabili, illud ipsum, quod pro te in ara crucis oblatum: ille ipse, qui pro te largissimè effusus; & sic nova creatura resurgis, hinc à peccatis ad renovationem, isthinc resurrecturus ad perfectionem & immortalitatem.

9.

Sive lectum adieris, sive surrexeris, cum precibus & claude & aperi oculos.

Cede

Cede procul Satana, me do tibi Christe redemptor.

Signaculum crucis Baptismi tui memor adijunge.
Non enim pro nudo & inani signo habendum: sed ideo
in Baptismo fronti & pectori tuo impressum, ut Chri-
stum, cujus sanguine à peccatis lotus & mundatus es, per
omnem vitam unicè cogites, & unicè ames.

IO

IN qua statione te collocatum esse voluit Deus Opt:
Max: in ea fidelem & sedulum te praesta.

Magistratus es?

Tribunal Salomonis observa, & hujus gradus serva:

- 1 *Time Deum.*
- 2 *Depone affectus.*
- 3 *Audi utramq; partem.*
- 4 *Justè judica.*
- 5 *Justè judicatum exsequere.*
- 6 *Ut reddas rationem summo
& justissimo judici.*

In tribunali ad dextrã justitia praesideat, & gladium, fu-
nem, rotam, faculam extendat, in facinorosos & malitio-
sè improbos. Ad sinistram Clementia sceptrum remit-
tat ad miseros noxios, errore lapsos.

Deniq; pro lege & grege omnem curam intendas,
& munus tam amplum animosè sustineas, & salutariter
atq; ex usu publico administres.

Subditus:

B 2

Cen-

Censum Magistratui dandum, omnino cense, *censum*
inquam

Honoris,
amoris,
orationis,
contributionis,
obsequii,

Pastor:

Dispensator fidelis esto mysteriorum Dei

docendo, ducendo,
corripiendo, corrigendo,
consolando, consulendo.

Ovis:

Vocem Christi audi, ac nullum flagitium aude,

non carnem, quæ inficit,
non mundum, qui decipit,
non Diabolum, qui interficit:

sed Archipastorem Christum, qui reficit, & velle & posse in nobis perficit, sequere. Omnis Christi actio nostra sit imitatio.

Paterfamilias:

Familiæ tuæ bene præsis ac præeas pietate, fidelitate, & quæ officii tui sunt, diligenter exsequaris.

Adolescens vel celebs.

Mori-

Morigerus, & moribus puris & inculpatis esto, non ocio; sed negotio deditus. *In libera vita libera voluntas & voluptas mel corporis, fel anima.* Recto pede incedas.

Ver ætatis citò labitur, accelerat æstas, ingruit hyems, ut messem colligas, in juvenili vere sementem facere non negligas, aut te ultra ætatem relinquas. Festinata sementis sæpè decipit, serotina semper.

Deniq; quocunq; in statu, etiam servili & abjecto positus, impositum munus suscipias libenter, ac perficias diligenter.

Magnatum splendor te ut magnes trahit: abstine. Sub magno nomine & splendore magnum sæpè onus & & periculum. Tecum esse velis. Pusillum corpus in laxa veste minus commodè habet: sic homo mediocris conditionis in ampla fortuna.

Si te non onerosa copia, aut mendica egestas presserit, licet compressè vivas, alteri ne invidias, nec pennas nido majores extendas, aut rebus alienis intendas.

Tuâ sorte contentus vive memor promissionis; siquidem in minimo fidelem te præbueris, fore, ut majoribus te præficiat Dominus, si non in hac: tamen in altera vita. Illâ cognitione, illâ visione, illâ contemplatione satiabitur in bonis omnium desiderium.

II.

SI, pro laboribus aut meritis tuis, *gratia mundi* tibi re-
penditur, benefacere ne cessa. Non quidem absq;
aculeo illam ingratitude spectabis: sed expectabis
à Deo præmium.

12.

Mundus in maligno positus, & (teste *LUTHERO*)
catalogus inversus occasionem peccandi multi fariam
præbet: munias cor pietate & invocatione, atq; ab illis

B 3

te se-

te se junge, qui nil aliud, quàm carnem & mundum sapiunt, ac gulæ inserviunt, hoc est, volūtariè insaniunt suisq; illecebris involvunt & inescant animos rectos. Voluptatibus maximis non solùm fastidium (ut Cicero loquitur) sed etiam poena finitima est.

13.

AB altero, & quidem sinistro latere nigrum agmen malignantium, invidentium, calumniantium irrepit & sæpè irrumpt.

Horum morsus, licet vitare non potes: sustinere tamen & vincere potes innocentia, mansuetudine & patientia. Odium, vindictæ cupiditas, fax iræ cor tuum ne occupent. Hac enim ratione tibi magis quàm adversario nocebis. Quidquid acciderit, Deum tuum habes vindicem, aut, si res ita postulat, Magistratum. Melius in rem agere, quàm in personã. Veritas tandem victrix. Sic advolutum cordi lapidem revolvere, & animo soluto esse poteris.

14.

Proximum tuum fastidiosè ne judices. Lapsus est: resurgere potest & allevari. Qui stas, videas (ut lubrica vita & via hominis) ne cadas. Nam homines sumus, & unicuiq; adhæret illud *humanum*: labi. In corpore si quid saucium, aut malè affectum, non secas, uris aut tollis: sed curationem adhibes, ut, quantum potest, restitatur: idem in societate Christiana. Tolerandi infirmi, non tollendi, non ad funem adigendi: sed ad frugem reducendi. Qui verò in malitia callum obdixerunt, & persistunt atq; resistunt, relinquendi. Iudicem supremum, & hujus vindicem manum non subterfugient.

In

In cursu scelerum brevis est via, longa ruina.

15.

Divitiis mundi ne abutere, nec eas usque adeo concupisce.

Radix malorum avaritia corde tuo, in quo Christus habitat, planè sit extirpata.

Nam *quis dives?* qui suâ sorte contentus vivit.

Quid possidet? caduca & transitoria bona.

Ubi? in terra, lachrymarum valle.

Quibus auxiliis? cum labore & sollicitudine.

Cur? In Dei gloriam, proximi utilitatem, & usum proprium.

Quomodo? ut cogitet Deo reddendam esse rationem villicationis suæ.

Quando? breve & exiguum tempus.

Nam summa & inevitabilis necessitas hominem urget *Mori.*

Mors sceptraligonibus aquat.

16.

Quamobrem proximo tuo facilis, & ut poteris, benignus esto. Qui enim fontes suos effluere sinit ad proximum, non damni quidquam sentit: sed scaturiginem Deus inexhaustam servat, & perennitate ditat. Qui verò effluentiam illam concludit, & in suum solius commodum coarctat omnia, Christianus esse non potest, & quæ videbatur utilitas, sæpè fit vilitas & futilitas. Non enim, ut mancipia, tenemus bona terrestria. Cum terra inceperunt antè nos natos, usui nostro exiguum tempus inserviunt, manent post nos mortuos & in cineres redactos, mutantur, transferuntur ab hoc in illum, ab illo

illo in istum vera, perennia & nunquam mutabilia bona nobis parata & reposita sunt in cælis. Ad illa suspiremus divites & pauperes.

17.

Contrâ verò nimia prodigalitas, largitiones & luxus, ex quo luctus, vitandus & cohibendus. Quorsum enim nobilia Dei dona habere tam mobilia & vilia & tam vanè profundere. Viden' validas & proceras arbores diu crescere, unâ horâ exstirpari: sic amplas opes longo tempore colligi, brevi consumi.

Magnum vestigal parsimonia, quæ utrumq; & sordidæ tenacitatis ac vanæ profusionis, extremum declinans, mediâ ac regiâ viâ incedit, veramq; frugalitatem assequitur.

18.

Superbia, fastus, insolentia, velut dira Erynnis, fugienda. Deus enim licet altissimus, humilia tamen respicit in cælo & in terra.

Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem.

utpote, quæ Deo & hominibus exosa est, & sororem sibi adjunctam habet summam stultitiam. Homo enim fastuosus obliviscitur sui ipsius, quod homo sit brevi in cineres redigendus: Dei, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: proximi, quem suspensonaso despicatui habet, & lapsu tandem gravissimo ruit.

19.

In vestitu modus quoq; servandus esset, nisi licentia modum excelsisset, ac consuetudini celsisset. Cætera animalia vestita in lucem prodeunt: homo nudus & inermis

ermis mundo infertur & effertur, & tamen reperiuntur, qui integumento nuditatis ac miseriae humanae, ultra quam oportet, superbiunt & ineptiunt. O vertiginem morum! Vestis animi, vel virtutis, quovis auro & thesauro prior ac potior habenda, & tamen externus ornatus pro uniuscujusque statu ac conditione non negligendus.

Namque viro vestis magnum decus addit honestas.

20.

Colloquia prava & obscena dictoria, quae in usu multis, ex usu nulli, non admitte. Sunt enim irritamenta malorum, & flabellum malae concupiscentiae.

Vt semen malum in agro pingui ac culto: sic ista in juvenili animo haerent, pruriunt & parturiunt herbam vitiorum, & (teste Paulo) bonos mores corrumpunt. Sale sapientiae & modestiae sit sermo noster conditus, non oleat hircum, stabulum aut sessibulum merum. Impudicus sermo impudici cordis nuncius. Ad illum aures & cor occlude, quisquis Deum, pietatem & modestiam amat.

21.

Tolerabilius quidem vivitur, teste Cicerone, sine pecuniis, quam sine amicis (licet illa phrasis in hoc auro nostro seculo omnino explosa) Verum rara fides. Inveniuntur, qui ex ancipiti mutatione temporum pendentes frontem aperiunt, mentem operiunt, & sub isto nomine omne dolum tegunt, & magis nocent, quam aperti hostes. Istas anguillas cave ad latus, nedum in pettus admittas.

C

Sapiente

*Sapiente diffidentia
non alia res utilior est mortalibus.*

(inquit Ethnicus Euripides)

Præsertim si tibi in aula, sive augusta, sive angusta vivendum sit, non aberunt hujusmodi curculiones, aut gurguliones, & famæ prædunculi sub vulpe latentes, qui ex ruinâ aliorum consistere nituntur, & linguam melle, cor felle refertissimum habent. Illorum ave (quisquis non sinister es) tibi attentè cavendum.

Nec cuiusvis delationi & incerto rumuscule aures, nedum fides adhibenda. Obrectatorum ferax hoc, non verax ævum nostrum. Ut fumus semper oculis infestus; sed citò pellitur & dispellitur: sic obrectatio famæ; sed oriente veritatis sole evanescit, & nivis aut ceræ instar liquefcit & diffluit.

Rectè faciendo neminem timeas, & Deum supremum; unicum, fidelissimum ac desideratissimum amicum tibi semper adjunctum habeas, ita fiet, ut recto pede incedas & consistas, cedente & cadente agmine malignantium.

*Hic scopus unus erit, cunctis prodesse, nocere
Nemini, amore bonos, & tolerare malos.*

22.

FRaus, injustitia, simulatio, &, quæ sub veste virtutis pallent & palliantur, vitia, procul amovenda. Tabula nigro colore obducta, ut habilis non est ad recipiendos alios colores: sic cor, nigredine vitiorum inquinatum, virtutis colorem non admittit, nisi per speciem Hypocrisis aut simulationis. Animus ingenuus & erectus

ctus semper rectus, curvos illos anfractus & anguinos flexus odit, & lucrum, quod hinc colligitur, negligit. Esse quam videri probus malis, & vide, ne dum terram quæris, cælum amittas.

23.

IN totius vitæ curriculo Deū & conscientiam nunquam exclude. Hæc index, ille vindex malorum, & affectuum & factorum. Conscientiam potius tuam ante peccatum consule, frænum injiciet & retrahet: post peccatum incutiet flagrum, & cor ipsum miserè & perpetuò, instar virulentæ viperæ, lancinabit. Quis verò sauciata sanabit? nullus Philosophus, nullus Galenus, unus Samaritanus ille cælestis conscientiæ incurabile vulnus, infuso legis vino, quo eluitur, & Evangelii oleo, quo lenitur, curare, & cor novum, mediante Spiritu sancto, creare potest. O felicem, qui maturè hunc Medicum verâ fide accesserit, certè propter sui attritionem cor contritum & humiliatum non despiciet. Absit verò, ut voluntariè pecces, & sarcinam, cui non ferendo par es, resumas. Næ ille stolidus, qui spontè vulnus admittit, spe adeundi medicum, ut curet: stolidior, qui suam ipsius animam vulnerat, ut sanetur. Ex levi vulnere sæpe internecio.

24.

CAutè & circumspectè vivendum in hac ultima mundi hora, quâ omnia ad periodum suam, fatali quodam impetu, feruntur, & tot mala inferuntur. Siquidem in Ecclesia doctrinæ corruptæ fex, in imperiis belli

C 2 fax,

fax, in statu domestico fracta lex, hoc est, vix lege ullâ
cöercenda licentia.

*Usq; adeò invisâ est probitas odiosaq; virtus.
Tempore namq; isto vitio datur esse pudicum,
Est scelus esse pium, secli hæc est gloria nostri.*

(Mantuanus cecinit.)

In hac orbiculari mundi immundi varietate (ut sic vo-
cem) quis locus animæ rectæ? aut ubi invenienda quies,
nisi in superis mansionibus æternum quietis? Com-
morandum tamen quoad usq; nos cæli Dominus domo
illâ conductitiâ, & tabernaculo ruinoso exire jubet, in ci-
vitatem manentem. Πολιτῶμα nostrum in cælo. In
cœno hujus mundi, quid aliud nisi angustia & pressuræ?

Interjacet quidem via aspera & angusta afflictionis
& mortis, quæ calcanda & superanda. Ut miles an-
te conflictum arma sibi comparat, ne consertâ manu in-
ermis cadat: sic miles Christianus instructus, non instru-
endus armis spiritualibus stat, resistit, consistit. *Para-
te, priusquam appareas,* & mori disce ante mortem. Nam
moriendum est, ut vivamus; vivendum, ut bene mo-
riamur.

25.

ET enim habet has vices conditio mortalium, ut ad-
versa ex secundis, secunda ex adversis nascantur:
ita quoq; non semper felix, non semper validus esse po-
teris. Tempus erit, quo sub cruce gemas, vel animi
ægritudine, vel corporali morbo gravatus. Hæc sci-
licet palestra, quâ suos exercet & ad robur instituit
Deus, hic caminus, quo probat, carne quidem fluctuante

&

& reluctante: Verum in hoc conflictu non succumbendum, sed fortiter incumbendum homini Christiano, ut divino rore ac robore formatus atq; firmatus, ad irruentia mala pectus muniat. Quem diligit filium pater caelestis, hunc corripit: corripit ut emendet; emendat, ut seruet. Condimentum pietatis afflictio. Nam triplex examen adhibet Deus in nostram salutem: Examen verbi, examen crucis, examen mortis: I L L V D ad commonefactionem, I S T V D ad probationem, H O C ad restorationem. Qualicumq; examini te subjicit Deus, patienter sustine manum Dei, & percutientem, & sanantem atq; salvantem.

Mala, quae nos praemunt ad Deum ire compellunt, qui nos habet, ut figulus massam luteam: fingit, confringit, refingit: omnia tamen in nostram salutem.

Qui gustat divinam dulcedinem (cum Ambrosio loquor) ille non curat mundi & mortis amaritudinem.

Dulce trinum: Christus, Cor, Crux;
quod sic comprehendit:

*Conveniunt Christus, Cor tritum, Crux onerosa,
Quid tribus his junctis firmitus esse potest?*

Sic Ignatius, a bestiis dilacerandus, animose morti insultat: Ignes (ait) cruces, bestiae, dispersiones ossium, discerptiones membrorum, & totius corporis poenae, & omnia in me unum supplicia, Diaboli arte quaesita cumulentur, dummodo *JESUM CHRISTUM merear adipisci*, quem *amorem suum* vocavit & unice desideravit.

Desiderium illud utcumq; reddidi:

*O amor affixus ligno meus! illius agra
Mens caret amplexu carcere pressa gravi.*

C 3

Quan-

*Quando erit, ut solvar? ceu fontem cervus anhelus,
Usq; adeo vivum mens sitit agra Deum.*

26.

Igitur inter brachia Salvatoris tui, & vivere, & mori cupias, & quod ultimum Christi verbum fuit in cruce, sit ultimum quoq; tuum in hac luce. Si lingua obrigescit: laborantis animæ suspirium suscipiet benignissimus Deus: sic tandem ab omni malo liberatus, laborem quiete, terram cælo, transitoria æternis bonis mutabis, & coram Deo æternum lætaberis. Ut Elias, perfectus tot & tantis vitæ hujus laboribus tandem defunctus, curru igneo in cælum sublatus est: ita omnes electi colliguntur sede beatâ.

Descriptionem allegoricam subjungere volui.
Currus verbum Dei & Sacramenta, signa exhibitiva gratiæ.

Ductrices: misericordia, veritas & omnipotentia Dei.
Auriga: Spiritus sanctus.

Rotæ:

Contritio, fides, renovatio, constantia. *Homo novus* & regeneratus, in curru sedens, crucem vel imaginem Crucifixi dextrâ tenet, cujus aperto latere rivulus aquæ & sanguinis exilit, & spargitur supra caput sedentis: sinistrâ ramum olivæ tenet, quâ significatur pax conscientiæ. Ex ore radius vel lineola ducitur, cui cor adhæret alatum, quo innuitur, ardens precatio.

In nubibus cum majestate apparet Christus cir-

cum

cum circa stipatus ministris angelis, & hominem advenientem excipit, & coelo infert. *Hæc descriptio currûs Elia & omnium electorum pleniùs & planiùs deduci, & carmine venustè comprehendi potuisset (quod seorsim aliquando, dante Deo, in lucem prodibit) nunc coronidis loco, parvo quasi & currente penicillo, adumbrâsse sufficiat.*

O beati! qui in beatâ illâ metâ extra omnem metum,
Vivere servitium, libera vita mori.

Vita & mors consideranda per omnes casus.

*Vita quid est? Vitæ velut umbra. Quis addere Vitæ
Vitam, ô Vita potest Vitâ abeunte semel!*

*Mors venit, esto memor mortis, nec cedito morti,
Mortem, mors Christi tollere morte potest.*

Johan. 14.

Ich lebe / vnd ihr solt auch leben.

Quod sic reddidi :

*Fixus eram ligno moriens, nam flebile lignum
Vos dedit in mortem, nunc ego vivo Deus.
Vivo caput vestrum, vos ô carissima membra
Vivetis. Firma est sancta loquela Dei.*

Car-

Carmen Elegiacum

In mundanos vel avaros, à
tramite vitæ Christianæ aber-
rantes.

Quid mihi, quid tecum est sitiens Mammona? Valet,
Non tibi pugnabo, castra relinquo tua.
Nemo simul Dominis poterit servire duobus,
Diliget hunc, ignem deseret alterius.
Utri cor dederis videas, servire duobus
Nemo potest, uni pectora fixa manent.
Mammonæ ad cultum facilis via ducit euntes:
(Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.)
Sed revocare gradum labor est, nam detinet ille,
Cultores forti compede, liber eris.
Liber eris, puro Christum si cordeprehendas
Posthabeasq; polo cuncta creata solo.
Nam non conveniunt & in uno corde morantur
Mammona & Christus: fons bonitatis is est.
Ille maliradix: heu surgit fertile germen!
Damnosa impietas, nullus egentis amor.
Religiosa fides, pietas, altaria, cælum
Ipse Deus: cedunt omnia divitijs.
Non quid sit justum, non ullum spectat, honestum,
Qui cæcum nummis cor sociavit homo.

Et

Et curas versat, nunc his, nunc fluctibus istis,
Ut mare quassatur, mens sitibunda manet,
Semper & à labris sitiens fugientia captat.
Splendida dona Dei, nescius ipse sui.
Auri sacra fames, hominum quot millia mergis
Sulphure flammantes in phlegetontis aquas?
Effuge, ut evadas, caput & sentina malorum,
Hic latet, inferni vasta vorago patet.
Jam jamq̄, absorbet, quid cessas stulte? recede,
Mammonæ imperium sustinuisse grave est.
Carcere quid gravius? semper captivus avarus,
Vilis & abjecta conditionis homo.
Collige, conde, tene, ceu nix fluit omne caducum:
Nam furit incerto mors truculenta die.
Nudus ut in terram tractus: sic nudus abibis,
Vile datur lignum pannus & exiguus.
Extincto fulvi tibi non supponitur auri
Pondus, erit corpus vermibus esca tuum.
Non luctantem animam congesti magnus acervus
Argenti eripiet, non super astra vehet.
Te potius (nî corde Deum quasi veris) cheu
Deprimet in Stygium sarcina tanta lacum.
Illic arentem linguam non una rigabit
Guttula, paupertas te sine fine premet.
Ergo mundanas quid volvis pectore curas?
Qui Domino fidit, non eget ille bonis.
Cælum si spectas: pater est Deus, ille juvandi
Mille vias novit cunctipotente manu.
Exemplo volucres tibi sint, non semina spargunt,
Non messem faciunt, horrea clausa manent:

D

Et

Et tamen invisus passer, vix unius assis,
Pascitur, impastum te Deus esse sinet?
Non equidem. Cernis quàm pulchrâ veste resurgent
Lilia, qua subito falce resecta cadunt.
Major cura Dei pro te, qui divite fundit
Cuncta manu, pascit cuncta creata Deum.
O fidei fractum robur! quid inutile tentas?
Addi dimenso portio nulla potest.
Pygmaeus natus procerâ mole Gygantem
Æquabis nunquam, nil tua cura valet.
Nil tua cura valet: nec te distendere parvum,
Nec poteris sortes tollere (crede) tuas.
Quid Phœbo surgente, calente, cadente labori
Invigilas omni tempore sollicitus?
Non vigilantis opus Domini Benedictio, spontè
Desuper illa venit, non aliunde venit.
Ethnica cura tuum quid mordet pectus anhelum?
Regni cœlestis cura sit una tibi.
Justicia & fidei primum querenda, fugaces
Ultra, si profunt, adijcientur opes.

Henricus Hekenberg.



Lectu-

Das Bett ist Gottes heilsam Wort /
Darin besteht des Lebens Hort /
Von vielen Sprüchlein zubereit /
So weich vnd sanfft / in allem Leid
Das Herz darauff kan Ruhe habn /
Vnd kressstig sich in Gott erlabn.
In diß köstliche Bette gut
Mein Seel gar sanfft sich legen thut.

Ablegung der Kleider.

Die Ablegung der Kleider mein
Soll mir ein fein Erinnerung sein /
Daß ich die schwere Sünd entdeck /
Vnd meine Seel zu Gott erweck :
Ehe dann ich leg den Körper ab /
Vnd werd getragt hinauß ins Grab.
Ach Gott auff meine Brust ich schlah /
Sei gnedig vnd barmherzig ja
Mir armen Sünder. Die Gnad dein
Laß weit vbr meine Sünde sein.

Hauptküsslein.

Wann ich dann hab mein Sünd erkandt /
Vnd außgestreckt zu Gott mein Hand /
Leg ich mein Haupt gar sanfft vnd fein
Zur Ruh auff dieses Polsterlein :

Also

Also hat Gott geliebt die Welt /
Daß er seinn Sohn hat dargestelt /
Vnd vns auß lauter Gnad gegeben /
Daß wir durch ihn solln ewig leb'n.
Der Sohn rufft vns auch freundlich zu :
Kompt all/die ihr mit vieler Müh
Beladen send/ solt nicht verzagn /
Ich will ewr matte Seel erlabn.

Decke.

Wann ich mein Heupt hab eingewundn /
Vnd diesen süßen Trost empfundn /
Deck ich dann vmb vnd vmb mich zu /
Vnd schicke mich zum Schlass vñ Ruh /
Der allmechtige Schutz des H. Herrn
Kan allem Leid vnd Vnfall wehrn /
Darunter ich verdecke mich /
Vnd schlasse ein gar sicherlich.
Mein Herz ist gar gewis vnd fest /
Daß Gott die seinen nicht verlest.

Schlassheublein.

Das Schlassheublein ist Gottes Fried /
Welch'n ich vbr allen Schatz hoch lieb /
Der selb mein Herz vnd Sinn ombschrenck /
Daß ich nicht höher ticht odr denck /

D iij

Als

Als daß ich mög zu Frieden sein
In Christo dem Erlöser mein.
Wer den von Herzen lieben kan/
Der ist vnd bleibt ein selig Mann.

Kammerthür.

Die Thür bewahrt der Engel schar/
Daß nicht einbrech Nott vnd gefahr /
Den hat der HErr Befehl gethan /
Daß sie auff vns gut achtung han/
Vnd ob gleich die Gedancken mein
Wie Vogel komm vnd fliegen ein/
Vnd wollen mich vnrühig machn /
Stell ich zu Gott all meine Sachn /
Vnd trück das Heupt je tieffer ein
In diß sanffte Heuptküsselein/
Der Lieb vnd Gnad Gottes des HErrn/
Der wirdt mich meiner Bitt gewehren.
Auff diesem Bett zu aller frist
Gut leben vnd gut sterben ist.
Darumb ich diesen Wunsch zu End
Zu Christo meinem Erlöser send:
Seh vnd bleib stets O Gottes Sohn
Mein Jesus vnd mein Gnadenthron /
Jesu ach in dem Namen dein
Laß mich einmal sanfft schlaffen ein.

Elegi-

Elegiaca & compendiaria redditio.

Lectulus est anima electus, stat. robore firmo
Sponda, caput cingit gratia larga Dei.
Claudit utrumq; latus verum & venerabile numen,
Excubat ante pedes provida cura Dei.
Vestes, signa prius sunt deponenda reatus,
Hoc est, culpa premens est retagenda Deo.
Lectus sermo Dei requies non gratior ulla est.
Pulvinar dulci turget amore Dei.
Pax caput involvit, Domini protectio tegmen,
Addit, & ad limen caelica turba cubat.
Eja anima hoc lecto nunc nunc secura quiesce,
Seu te caula soli, seu trahit aula poli.

Heinricus Hekenberg.


Deo Laeta LaVs scMpIerno.

F I N I S.



Elegien & Compendiarium

1. Elegia
2. Elegia
3. Elegia
4. Elegia
5. Elegia
6. Elegia
7. Elegia
8. Elegia
9. Elegia
10. Elegia
11. Elegia
12. Elegia
13. Elegia
14. Elegia
15. Elegia
16. Elegia
17. Elegia
18. Elegia
19. Elegia
20. Elegia
21. Elegia
22. Elegia
23. Elegia
24. Elegia
25. Elegia
26. Elegia
27. Elegia
28. Elegia
29. Elegia
30. Elegia
31. Elegia
32. Elegia
33. Elegia
34. Elegia
35. Elegia
36. Elegia
37. Elegia
38. Elegia
39. Elegia
40. Elegia
41. Elegia
42. Elegia
43. Elegia
44. Elegia
45. Elegia
46. Elegia
47. Elegia
48. Elegia
49. Elegia
50. Elegia
51. Elegia
52. Elegia
53. Elegia
54. Elegia
55. Elegia
56. Elegia
57. Elegia
58. Elegia
59. Elegia
60. Elegia
61. Elegia
62. Elegia
63. Elegia
64. Elegia
65. Elegia
66. Elegia
67. Elegia
68. Elegia
69. Elegia
70. Elegia
71. Elegia
72. Elegia
73. Elegia
74. Elegia
75. Elegia
76. Elegia
77. Elegia
78. Elegia
79. Elegia
80. Elegia
81. Elegia
82. Elegia
83. Elegia
84. Elegia
85. Elegia
86. Elegia
87. Elegia
88. Elegia
89. Elegia
90. Elegia
91. Elegia
92. Elegia
93. Elegia
94. Elegia
95. Elegia
96. Elegia
97. Elegia
98. Elegia
99. Elegia
100. Elegia



Gb 777. I

800

ULB Halle 3
 001 618 563



Sb.

EX LIBRIS
 ILLVSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATVS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.

VDT

104



In splendoribus singularis imo celestis hominis filia



nomis sub tanta vniuersalitate
solentur reuerentur de regione
guina. **H**odie cadet pulcherrima
filia populi sui & omni patris obliu
fama sancti spiritus micata sed igne
materiali consumata. **H**ierem cor dicit
ad fidem inclinauerat sed iam in
pergustando deitros amplexus
deit per respicere eius concupierat
in illa iunamur & filia audierat
quia celestis pater illa ut reuerret
in uocauerat **S**ancto igitur narcho
in predicante factum ad mensam pa
tris redit. **E**t cum illum cui male
adheret deseruit. **E**t que centum ca
dos olei dno suo redere debuit.
Accpta cautione sacramentorum
scribit sibi quinque & promeruit
esse illa **S**ic multi in retroactis era
ribus redire a suis errantibus. **S**ic ma
na magdalena sic mulier illa chana
neque per postquam negauerat
redit. **E**t paulus xpi uoce perstrat
responit. **M**arthe a tunc dicitur
pater redit pcomio. **E**t sacheu lico

Cus qui hunc di
nati uerbum transt
cruas ad eum missa
is uoce coniecta
mus: ut dumis pati
nam formam: qui bec
in eam fieri precepit
is dominus noster
Hic martiris offi
cipit. **F**olla.
peccauerunt. **F**olla.
illa tuam quoniam
supplicium p picius
que te impudice de
maris maria ma
de locum eius
saltequatur.
Donati martiris
Vna condicione





109

g.

